



IOannes Hufs obscuro quodā loco ex pago Bohemix Hufs, qui anser dicitur, natus fuit. Is cum acri ingenio esset præditus sese ad Vniuersitatem Pragensem contulit, & diligenti studio omnium disciplinarum, præsertim uerò sacrarum literarum cognitionem adeptus est. Dum hoc modo feliciter pergeret, cœpit aliquos errores Romanę ecclesię deprehendere, atq; huiusmodi cum Bibliorum libris, & sanctorum patrum enarrationibus conferre. Incidit interea in libros aliquot Vuicklefi, quas nobilis quidam Bohemus ex Anglia secum in Bohemiam attulerat. hos cum magno iudicio aliquoties perlegisset, sensit magnis de causis eum ui-

rum permotum sua scripta in lucem ædidisse.